

FIRST TRACT

§1.2.0

Second Article of the First Tract

In this second article, which deals with rights of the primogenit of the king of France during his father's lifetime by reason of filiation or primogeniture, I shall set forth two sets of conclusions: (§1.2a) rights by reason of filiation; (§1.2b) rights by reason of primogeniture.

§1.2a.1

1st conclusion. That a father and a son, although distinct as individuals, may be taken as being just one person in respect to species and nature (because each is a man), and also in the particular nature of the father. The conclusion is proven, for according to Aristotle the semen of man contains a kind of active impressed force derived from the soul of the progenitor and his ancestors; such is the identity of the nature of the father and the son according to St. Thomas.

§1.2.0

SECUNDUS ARTICULUS PRIMI TRACTATUS

Pro examinatione secundi articuli quo quaeritur an & quae iura habet primogenitus regis Franciae in regno, rege vivente, tam ratione filiationis quam primogeniturae, pono conclusiones sequentes, declarando primo iura ratione filiationis, secundo loco iura ratione primogeniturae.

§1.2a.1

Prima conclusio, quòd pater & filius, licet distinguantur, supposito tamen unum idem sunt specie^{†gl} & natura nedum communi (quia uterque homo) sed etiam in natura particulari patris. Probatur conclusio, nam secundum Philoso. [cf. Aristotle, *De gen. animal.*, 767a-768b] in semine hominis est quaedam vis impressiva, activa, derivata ab anima generantis, & à suis remotis parentibus, & sic est identitas particularis nature patris & filii, ut haec habentur & notantur per sanctum Thom. in i. parte. quaest. ult. artic. i. [*Summa theologica*, qu.119, art.2]. Et hoc voluit dicere gloss. per alia verba, & pariter text. in l. liberorum de verb. signif. [Dig., 50, 6, 220] quum dicit, quòd natura patris in filiis [18v] conservatur, videlicet et natura eius propria & particularis, & ibi paret, non autem loquitur de natura in communio, nam illa in quodlibet humano individuo conservatur, & ideò Philosophus in v. et viii. ethic. [Aristotle, *Nic. Ethics*, 1162a & 1184b] dicit, quòd filius est anima patris, immo & pars eius. Et pro confortatione horum faciunt dicta per Philosophum in libro de animalibus [Aristotle, *De gener. animal.*, 767a-768b], & in secundo de anima. [PENDING] & Genesis capit. 21 [Genesis 21, 13], ubi dicitur, semen tuum, etc. Et ad idem in cap. xxii. [Genesis, 21, 17], ibi: Multiplicabo semen tuum, &c, sicut stella coeli, &c. & xxxv. quaest. iii., § hac auctoritate [Decretum, II, 35, 2-3, 21 (§hac auctoritate)], ubi textus sic dicit, filius & pater una caro esse probantur, &c. unde Philosophus in octavo ethicorum, [Aristotle, *Nic. Ethics*, 1161b] sic, aut sibi ex parentibus geniti sunt, veluti alteri inseparate, &c.

FIRST TRACT

§1.2a.2 *2nd conclusion. By reason of this identity, custom transfers the realm and the succession of rulership to the first-born son. Filiation is nothing other than the immanent identity of a particular nature penetrating into the son.*

§1.2a.3 *3rd conclusion. During the father's lifetime the son is (as said above) by nature master of the father's possessions along with his father.*

§1.2a.4 *4th conclusion. Because the son is a second self of the father when he is alive (as just said), he is himself (according to Aristotle) something of the father.*

§1.2a.2 Secunda conclusio, quòd sub ratione illius identitatis consuetudo transfert regnum, & regni successionem in primogenitum. Probatur conclusio ex consequentia consuetudinis, quae est talis, quòd primogenito defert successionem, &c, & consequenter sub ratione huius, sicut quando scribitur abbati, vel alicui praelato, vel officario seculari, vel ecclesiastico, intelligitur scriptum esse sub ratione praelaturae, & officii, ut c. quoniam abbas. s de offic. delegat. [*Decretales*, I, 29, 14] & l. tale §. fin. de pact. [*Dig.*, 2, 14, 40]. Filatio enim nihil aliud est, quàm illa identitas particularis naturae praesens penetrans in filium, ut l. liberorum, de verb. signif. cum gloss. [*Dig.*, 50, 16, 220]. Et pro hac consuetudine facit dictum Apostoli, Si filius, ergo heres, ad Gal. 10 [*ad Galatas*, 4,7]. & ad Rom. viii. [*ad Romanos*, 8, 17].

§1.2a.3 Tertia conclusio, quòd filius vivente patre est secundum naturam dominus cum patre rerum patris. Probatur conclusio, nam ex quo (ut praedicatur) est eiusdem naturae cum patre, licet supposito distinguantur, & sic potest intelligi dictum Pauli, Si filius, ergo heres. Heres enim dicitur ab heros quod est dominus, hinc herus, heri, hero, quod est dicere id quod dominus, &c., ut l. item Mela. §. legis ad legem Aquiliam [*Dig.*, 9, 2, 11], ubi dicitur legis Aquilie actio datur hero, id est domino. Pro hac conclusione facit etiam quod scribitur in Evangelio, Omnia quaecunque habet Pater, mea sunt; ibid enim loquebatur filius, ut habetur Ioan. 16. cap. [*John*, 16, 15] & Luc. xv. c. [*Luke*, 15, 31]: Fili, tu semper mecum es, scilicet per identitatem paternae naturae, et omnia mea tua sunt &c. ut ibi. Haec conclusio confirmabitur amplius in sequentibus conclusionibus, per ius civile.

§1.2a.4 Quarta conclusio, quod quia filius est idem cum patre vivente (ut praedicatur) ipse (secundum Philosophum) aliquid patris. Et hac ratione est de iure civili in potestate patris secundum Philosophum 5. ethicorum [*Aristotle, Nic. Ethics*, 1134b] & Instit. de patria potestat. in princ. [*Inst.*, 3, 19]. Et propterea naturalitate ac civilitate inspectis, ius civile dixit filium & patrem pro eadem persona reputari ut l. fin. de impub. & aliis substit. [*Cod.*, 6, 26, 11] ubi sic dicitur, cum & natura pater & filius, haec eadem esse persona penè intelligantur, quasi dicat, quod non realiter sunt eadem persona, cum personali supposito distinguantur, sed artificio iuris, & quo ad iuris effectus eadem persona intelligantur. Hinc dicit text. quod pater & filius una caro esse probantur, 35 quaest. 3. § haec auctoritate [*Decretum*, II, 2 & 3, 21 (§Hac autoritate)] & Instit. de inutil. stipulat. §. ei quae [*Inst.*, 3, 20 (§4)] vox patris, vox filii, & è contra.

FIRST TRACT

§1.2a.5 *5th conclusion. Given that the civil law declares the son to be co-master of his father's possessions during the father's lifetime, then after his father's death he does not acquire a new heredity but continues the existent dominion in a more complete manner by achieving full administration of it.*

§1.2a.6 *6th conclusion. The old law of paternal power and emancipation has much changed, based solely upon the nature of a person at birth.*

§1.2a.7 *7th conclusion. Given that by nature at birth the son is of the same flesh and particular nature of the father, the primogenit is co-master of the family when his father is alive, and, upon his father's death, obtains administration of the kingdom not as new master but as sole master.*

§1.2.a.5 Quinta conclusio, quod ex peroratis ius civile dicit, quod filius vivente patre est quodammo[19r]do dominus rerum patris cum eo, ita quod post mortem patris novam hereditatem acquirere non censetur, sed magis dominium (quam habebat) continuare, & plenam administrationem consequi, ut dicit textus in l. suis. de liberis de posthumis [Dig., 28, 2, 11]. Et alibi dicit textus, quod filius succedendo patri non acquirere, sed retinere bona patris censetur l. si patronus. §. fin. de bonis libertorum [Cod., 6, 4, 3].

§1.2.a.6 Sexta conclusio, quòd hodie differentia antiqui iuris patriae potestatis & emancipationis, est sublata naturali sola causa inspecta, ut in auth. in successione, C. de suis & legit. lib. [Cod., 6, 55, 12] & in corpore unde sumitur, & per legem, meminimus C. de legibus [Cod. 6, 58, 15] habetur, & potissimè moto casu, quo ex testamento non succeditur, igitur, &c. iuxta glossam, l. Gallus. § primo de liberis & postumis [Dig., 28, 2, 29], veruntamen in his quae deferuntur filiis, ut filiis, etiam de iura antiquo, sola naturalis causa, patria semota potestate inspicienda est, ut D. de bonis libertorum. l. 2 § fin. [Dig., 38, 2, 2] & l. libertinus, §. primo [Dig., 38, 2, 5], igitur moto casu, quo regnum defertur primogenito ut talis sola naturalis causa filiationis attendetur, semota civilitate & patria potestate per dictas legibus.

§1.2.a.7 Septima conclusio, quod consequenter sola naturali causa inspecta, videlicet, quod filius est aliquid patris, eadem caro, eadem natura particularis, & pro eadem persona, civilitate patriae potestatis non attenda, filius primogenitus est patre rege vivente simul cum eo dominus, ita quod obeunte patre filius non novum dominium, sed solùm plenam regni administrationem nanciscitur, per l. in suis alleg. [Dig., 28, 2, 11] & xxxv. quaestione, iii.. §. hac auctoritate [Decretum, II, 35, 2-3, 21]. Et verius retinere dicitur quod habebat, quàm acquirere noviter, ut l. si patronus, § fi. de bonis liberto, [Dig., 38, 2, 19] nam ex quo consuetudo ita defert, imò efficaciori & pleniori modo regnum regis primogenito, quàm liberis bona patrimonialia, ut dictum est suprà in fine artiuli praecedentis & in patrimonialibus filius dicitur dominus patre vivente, ut in l. in suis [Dig., 28, 2, 11] & aliis iuribus praeallegatis; igitur multò plus, & efficaciori effectu primogenitus regis illo vivente est & dici debet dominus, ut & pleniùs liquebit ex sequentibus, non civilicè patriae potestatis, sed sola naturali causa attenda, iuxta praecedentem conclusionem.

FIRST TRACT

§1.2a.8 *8th conclusion. So great is the authority of the son's co-dominion over property during the father's lifetime that either the father or the son may be called master of the family and its goods.*

§1.2a.9 *9th conclusion. The "certain something" common to father and son which makes the son master of the father's possessions does not operate the other way to make the father master of the his son's property by common law, because succession is a natural process, stemming from the demise of parents.*

§1.2a.8 Octava conclusio ad confirmandum praecedentia, quod tanta est vis illius domini, quo filius vivente patre est rerum eius dominus, quod pater & filius viventes quilibet dominum familiae & bonorum appellatur, hac nota sola paternitatis & filiationis eos distinguente, per quam alter pater, alter filius, & uterque familias appellatur familias, id est substantiae bonorum, secundum glossam in l. in suis [Dig. 28, 2, 11], ubi textualiter praedicta reserantur, & haec descendit ex eo quia filius est dominus cum patre, ut ibi in textus, & in gloss. super verbo, unde [Dig. 28, 2, 11]. Sicut igitur lex in patrimonialibus patre vivente devolvit secundum naturam successionem filio in patrimonialibus, ut Instit. de successione [*read: de heredibus*] ab intestato, in principio [Instit., 3, 1] & in authentica eodem titulo. §. primo. [Novel 118, praef.] & §. sed sui, de heredum qualitate & differentia [Instit., 2, 19, §2]. Et sic devolvendo propter identitatem naturae particularis patris, filii, & personae, dicit filium patre vi[19v]vente esse dominum cum eo rerum paternarum, multò magis nostro casu, quia efficaciori modo consuetudo devolvit successionem regni Franciae ad primogenitum, ut dictum est suprà & est identitas naturae suppositi, sive personae regis & filii, debet primogenitus huiusmodi dici esse, & est patre vivente dominus & rex cum eo. quamobrem puer Abrahæ filium eius Isaac genitore superstite, non absque causa dominum meum appellabat, ut habetur Genesis capite xxiv. [Genesis, 25, 11-13].

§1.2a.9 Nona conclusio, quod licet aliquiditas patris filii faciat filium dominum rerum patris eo vivo, non tamen è contra causat patrem dominum rerum filii de iure communi, ratio differentiae est, quia successio (de qua agimus) est naturalis, & ex voto parentum, videlicet de patre in filium non autem è converso, nisi ordine turbato, ut l. nam & si parentes. de inofficioso testa. [Dig., 5, 2, 5] & l. scripto. unde liberi [Dig., 38, 6, 7] quia non debent filii thesaurizare^{†gl} parentibus, sed parentes filiis, ad Galatas vi. capite. [Non inveni] causari potest in patre ex filiatione coadunata civilitate ut patria potestate, ut l. place. de acquirenda hereditate [Dig., 29, 2, 79] & l. cùm oportet. de bon. quae liber. [Cod., 6, 61, 6].

FIRST TRACT

§1.2a.10 *10th conclusion. When it is said that in a certain manner the son is master while the father is alive, the term "in a certain manner" [quodammodo] suggests that it does not suit the dominion of the son in the patrimony exactly; it does, however, suit the state of affairs in the kingdom of France and like places; for while the son's dominion in a patrimony during the father's lifetime may be subjected to many fluctuations and depredations, such as alienations, testaments, legations, voluntary debts, crimes of the father, and so forth, the same is not true in the dominion appropriate to the primogenit of the king of France while the king is alive, as said in Article 1.*

§1.2a.11 *11th conclusion. This dominion during the lifetime of the father (both by the primogenit in the kingdom and by children in the patrimony) is true and real, like other dominion, for the son does not acquire a new kind of dominion upon the father's death, but a continuation of what he had enjoyed while his father lived.*

§1.2.a.10 Decima conclusio, quod licet in l. in suis. de lib.& posth. [Dig., 28, 2, 11] & §. sed sui. Instit. de hered. qualit. & different. [Instit., 2, 19(§2)] dicitur quod filius vivente patre est quodammodo dominus, tamen ille terminus sive dictio, quodammodo, & si impropiet dominium filii^{†g^l} in patrimonialibus, non sic tamen in regno Franciae similibus, ratio differentiae est, nam dominium filii in patrimonialibus patre vivente subiacet multis variationibus & deperditionibus, nam (ut saepe dictum est) potest tolli per alienationes, testamenta, legata, debita voluntaria, crimina patris, & similia, quod secus est in hoc dominio primogenito regis Franciae in regno patre vivo competente, ut declaratum est suprà in praecedenti articulo xviii. conclusione, & sequentibus. Et ideò illa dictio, quodammodo, non sic impropiet dominium competens primogenito in regno Franciae, & si. Et pro confirmatione huius facit quod beatus Gregorius sine aliqua nota impropietatis vocat filium regis regem patre vivente, ut dicitur clarè infra in conclusione vi. & vii., quum de primogenitura agetur.

§1.2a.11 Undecima conclusio, quòd illud dominium (quod competit filio primogenito in regno & liberis in patrimonialibus vivente patre) est eius verum & reale, sicut & alius dominium. Probaturs conclusio, nam patre obeunte filius non acquirit alius dominium numero, nec specie, sed (quod priùs vivo patre habebat) illud continuat post patris obitum. Hinc dicit text. in l. suis heredibus, [Dig., 28, 2, 11], scilicet filiis, apparet continuationem domini post mortem patris perdurare, &c, haec habentur in l. in suis, in principio, [Dig., 28, 2, 11] ibi, continuata, & in versic. itaque [Dig., 28, 2, 11] sic quod non differt à tempore ante mortem, & à tempore post mortem, nisi in pleniori administratione, ut ibi textus, sed nemo dubitat, quin dominium filii post mortem patri sit verum ens, sicut & quodlibet aliud dominium igitur, &c.¹⁰

¹⁰ The “versic. itaque” being quoted here in indirect discourse actually reads as follows: “itaque post mortem patris non hereditatem percipere videntur: sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur.”

FIRST TRACT

§1.2a.12 *12th conclusion. The primogenit in respect to the kingdom, like the son in respect to family matters, is master in a fashion appropriate to his dominion.*

§1.2a.13 *13th conclusion. Just as the dominion belonging to the primogenit in the realm, or to a son in the patrimony of the father, confers the right of possession while the father is alive, so also does it confer the right of administering the kingdom and paternal matters while the father is alive.*

§1.2a.14 *14th conclusion. While the dominion of a son in the kingdom or other goods confers upon him possession and administration while his father is alive, such power is not full and liberal until after the death of his father. The father possesses administration freely, principally, and prior, compared to the son's possessing it less freely, less principally, and posterior; for this reason the father has precedence when he wishes to act, and the son is placed after him.*

§1.2a.12 Duodecima conclusio, quòd sicut primogenitus in regno, sic filius in patrimonialibus est dominus regni, & rerum patris correspondente illi dominio, ut l. 3. § filium. D. pro hered. [Dig., 41, 5, 2] & nota gloss. in l. in suis [Dig., 28, 2, 11].¹¹

§1.2a.13 Tertiadecima conclusio, quòd huiusmodi dominium competens primogenito in regno aut alteri filio in patrimonialibus patris, sicut confert ius possidendi vive patre, sic & ius administrandi regnum & res patris illo vivente. Probatur conclusio, nam iste est effectus dominii, ut probatur ex diffinitione, quae est, quo dominium est ius de re disponendi, &c., secundum Bartholum, [] pro quo textus in l. in re mandata. C. manda. [Cod., 4, 35, 21] & posita causa, ponitur effectus, ut l. apud Iulianum, § finali ex quibus caussis in posses. eatur [Dig., 42, 4, 3(§3)]. Aliter enim dominium illud esset frustra, quod non est dicendum, nam ex quo est dominus in re, ergo & effectus. ut l. decernimus, de episcopis & clericis [Cod., 1, 3, 26] Et hoc dicit l. in suis [Dig., 28, 2, 11], quae implicite dicit quod patre vivo filius habet administrationem, sed non plenam, &c.

§1.2a.14 Quartadecima conclusio, quòd illud dominium competens filio in regnis, videlicet bonis aliis [20v] patre vivente, licet conferat filio possessionem & administrationem vivo patre, non tamen plenam, nec liberam, quod probatur quòd plenam sive liberam consequatur post patris obitum, ergo illo vivo plenam non habebat, probatur textualiter in l. in suis [Dig., 28, 2, 11] ubi dicit in versic. itaque, “post mortem patris non hereditatem, sed magis liberam administrationem, primùm quòd vivo patre filius habet veram patris administrationem,” sed non plenam, secundùm

¹¹ The Accursian gloss on “In suis” is worth quoting in its entirety: “Mortuo patre non videtur haereditas ad filios eius devenire sed res quodammodo ipsius filii: nam etiam vivo patre videntur domini esse filii bonorum paternorum : unde mortuo patre videtur filius consequi liberam bonorum suorum administrationem, unde etsi pater non instituat eos, tamen domini sunt bonorum patris, nec ob. praedictis quòd pater potest eos exhaereditare si vult. nam & occidere eos poterat.”

FIRST TRACT

§1.2a.15

15th conclusion. Because the son has patrimonial dominion, possession and administration of the father's goods while the father lives—albeit not freely so—and he can rule and administer while the father lives—albeit not freely so—I maintain that the primogenit holds much fuller and more solid administration in the kingdom of France than children do in the father's patrimony.

quòd post patris obitum assequitur plenam, ut ibi in textu. Sciendum tamen, quòd plena administratio idem est quòd libera administratio, nam plenum & liberum arbitrium idem significant, ut l. fideicom. § quanquam de lega.1 [Dig., 32, 1, 11(§7)], iuncta l. 1, de testam. milita, [Cod., 6, 21, 1], & ita dicunt periti per illos textus, ex quo sequitur quòd filius vivente patre non habet potestatem liberam, sive plenam administrationem bonorum paternorum, ita quòd non potest alienare, donare, transigere, ut l. procurator, de procura, [Cod., 2, 13, 22] ubi dicitur quòd ille qui non habet liberam, nec plenam, & etiam potest alienare res, quae servando servari non possunt, ut l. procurator. alleg. in fi. C. de admin. tutor [Cod., 5, 37, 28]. Praeterea & in hoc administratio huiusmodi filio competens potest dici non plena respectivè ad administrationem patri competente, quae competit patri liberè, principaliùsque & per prius, filio volens agere praefertur in administrando & filius ei postponitur, sicut in simili dicitur in actione autem competit minus principaliter, & per posterius ac minùs liberè ut dictum est, & ex eo etiam, quia pater iniuriarum competente filio, cuius exercitium per prius patri competit, & filio per posterius, ita quòd pater praefertur sic etiam actiones populares, pluribus competunt, tamen exercitium & illarum administratio datur ei, & in ea praefertur qui plenius sive maius interesse habet, ut l. fi. de collu. dete. [Dig., 40, 16, 5], cum multis concor. ibi alleg. in gloss., sic etiam pro ecclesia; & eius iure potest agere & defendere prior ecclesiae & etiam episcopus, praefertur; tamen praefertur alter, cuius magis interest, & cuius plenius est ius, & plenior administratio, secundum Innocen. in c. olim. de rest. spol. [Decretales, II, 13, 12] & in c. 2 de proba. [Decretales, II, 19, 2], & quia administratio in vim sui domini non confertur filio, nisi per posterius & minus principaliter, ideo text. in l. in suis [Dig., 28, 2, 11] dicit quodammodo secundum alius intellectum.

§1.2a.15

Quintadecima conclusio, quòd filius in bonis patrimonialibus patris habet vivo patre dominium, possessionem & administrationem, non liberam tamen, & potest regere vivo patre, & administrare, & si non liberè, ut praedicatur, dico quòd multo plenius & efficacius dominium multo plenior sive solidior administrationem habet primogenitus in regno Franciae, quam liberi in patrimonialibus rebus patri. Probatur conclusio, quia solidius est dominium primogenito regis competens, quàm filio in patrimonialibus, ergo solidiores & perfectiores effectus & administrationem confert primogenito patre vivo, quia potentioris caussae, potentiores sunt effectus; dico tamen quod non habet primogenitus liberam administrationem patre vivo, nec debere regere maximè non impedito, per supra alleg. l. in suis [Dig., 28, 2, 11] & alia alleg.

FIRST TRACT

§1.2a.16 *16th conclusion. Although the son's administration during his father's lifetime is not full and his power is not derived from major effect, so that it exists chiefly as an intellectual conception, nevertheless it is always alive, as said above, especially in the 11th conclusion.*

§1.2a.17 *17th conclusion. Given that the primogenit has dominion and administration when his father is active and capable of ruling, just that much more solid is his administration and rule when his father is prevented from ruling by madness, absence, or otherwise.*

§1.2a.16 Sextadecima conclusio, pendet ex eo quò administratio huiusmodi competens filio, vivo patre, non est plena & consequenter non apparet eius virtus maioribus effectibus, & quia [21r] est per posterius (ut praefertur) ideo magis intellectu consistit & percipitur, ut dicit gloss. in l. in suis [Dig., 28, 2, 11], tamen semper est ens in actu, ut patet ex supradictis, maximè in undecima conclusione, facit bene pro hac conclusione l. heredi. de peti. hered. [Cod., 3, 31, 7] ubi habetur quò hereditas (quae est ens) actu intellectuale dicitur.

§1.2a.17 Decimaseptima conclusio, quò ex quo vivo patre primogenito in regno competit patre vivo & regere idoneo, dominium & administratio regni, ut praedictum est, quod multo magis illud dominium confert filio administrationem solidam & regimen regni patre per amentiam, absentiam aut aliter regere impedito. Probatur administrationibus & aliis non patrimonialibus, ut l. decreto in fi. de admini. tuto. [Dig., 26, 7, 24] & l. i § sanè, de offi. consu. [Dig., 1, 10, 1] & apertius in c. plures. de offic. delegat. [Lib. Sext., I, 14, 8], ubi patet quò licet exercitium iurisdictionis competat alteri ex iudicibus praeoccupantis, & non alii, tamen eo per infirmitatem aut aliter impedito, transfertur administratio & exercitium iurisdictionis ad condelegatum cui aliter minimè competeret; concordat c. religiosus, de testamen. [Lib. Sext., III., 11, 2], ubi propter impedimentum alterius & executoribus transfertur, & competit insolidum ius exequendi alteri qui aliter exequi non posset, ita in proposito impedito rege vel alio domino regere, transfertur insolidum regienda & gubernatio alteri, videlicet filio, qui habet etiam dominium, & illo patre suo vivente (ut praedictum est) & in patrimonialibus actio de dote est communis patri & filiae; sed administratio & exercitium competit solùm patri, ut l. ii. solut. matr. [Dig., 24, 3, 2] & tamen patre per amentiam impedito, exercitium transfertur in filium, ut l. si cum dotem, § soluto. D. eod tit. [Dig., 24, 3, 23] facit bene l. si libertus. de in ius vocan. [Dig., 2, 4, 12]; l. si filius, de ri. nup. [Dig., 23, 2, 11] confirmatur per rationem, nam si possibilitas futurae successionis transfert agnato regendi potestatem in bonis agnati regere impediti, ut Instit. de curat. § furiosi [Inst., 1, 23] & de legit. tuto., l. i. [Dig., 26, 4, 1], multo magis dominium iam (ut praedicitur) filio competens, & in regno patris confert illi regimen illius, patre regere impedito, & maximè quia dominium tunc est iam in actu, ut prae declaratum est in conclusionibus; & illa possibilitas futurae successionis in agnato est in contingentii & filius ad causam dominii habet quandam administrationem; & ideo per impedimentum patris illa facilius ei plenificari debet, quàm alteri maximè extraneo, alia nova dari, quia difficilior aliquid datur & inesse constituitur quàm quod id quod est plenificetur, ut l.

FIRST TRACT

§1.2b.0 *Regarding the right of primogeniture I pose the following conclusions.*¹²

§1.2b.1 *1st conclusion. The custom by which royal succession passes to the primogenit is in accord with divine law.*

§1.2b.2 *2nd conclusion. The primogenit has many rights: he dresses in special costume for festive occasions; he receives a double portion at table; he gives the benediction to his brothers; he makes offering before them on festive occasions; he antecedes them in succession; he is their lord and they genuflect before him; and he sits at the right hand of the father.*

patrem quae in frau. cred. [Dig., 42, 8, 19]. Et sic patet evidenter demonstratum, quòd patre regere impedito regimen regni vim dominii quod habet primogenitus in regno, patre vivo competit plenè & solildè eidem primogenito & non alteri, per praealleg. unde veritas in Evangelio Lucae 4 [read: 2] [Luke, 2, 49]: Nescitis quia in his (quae patris mei sunt) oportet me esse, &c., ideo &c. Et haec dicta sufficiant quo ad iura per filiationem^{†gl}, et sub ratione eis filio conferentur.

§1.2b.0 De iuribus autem primogeniturae pono conclusiones sequentes.

§1.2b.1 Prima conclusio, quòd consuetudo deferens successionem regni primogenito convenit legi divinae, quae discernit sic fieri ut habetur Deuter. xxi. [Deuteronomy, 21, 15-17]. Et dixi supra in praecedenti articulo, conclusione viii., unde ait Adonias primogenitus David ad Bersabe, Tu nosti, quòd mecum erat regnum, & me proposerat, &c. est regnum, &c [3 Kings, 2, 15]; convenit etiam satis rationi civili secundum quam in iuribus realibus vel quasi, qui prior est tempore, potior est iure, & ideo re aliqua duobus data vel vendita, ille potior est cui prius fuit tradita, sive qui prior effectus est dominus, l. quoties. [21v] de rei vendi. [Cod., 3, 32, 15] & id in quasi dominio, ut l. ut quidem, de publi. [Non inveni], idem in alio iure reali, ut C. per totum titu. qui potio. in pigno habe. [Cod., 8, 17] & in regu. qui prior, sed successiones & dominia regnorum sunt iura realia, igitur quum primogenitus ratione primogeniturae in nativitate mox fiat dominus, iuxta d. l. in suis [Dig., 28, 2, 11] & §.1 & §. sui, de hered. qualit. & diffe. [Instit. 3, 1(§1 & §3)] ipse est & esse debet prior caeteris in iure hoc, quum sit tempore prior. Et sic patet, quòd ius primogeniturae fulcitur etiam civili ratione, fulcitur etiam multum ratione morali, & ex meliori bono communi, secundum quod convenit antiquiorem praeferrri iunioribus in successione regni, & quia illi iuniores obsequenti tenentur, secundum philosophum, & habetur in iii. de regimi. princ. [Aegid. Romanus, De reg. prin., III, 5 (p. 464)] pleniùs.

§1.2b.2 Secunda conclusio, quòd iu[22r]ra primogeniturae sunt multa, videlicet quòd specialem vestem^{†gl} in festis primogenitus deferebat, duplicatósque cibos recipiebat, benedictionem fratribus dabat, in festis prae aliis sacrificia offerebat, in successione antecedeat alios Deu. xxi [Deuteronomy, 21, 15-17] & fratrum suorum dominus erat, & fratres sui coram eo genua flectebant.

¹² At the head of this article it was stated that two sets of conclusions would be given, those based on filiation (just completed) and those based on primogeniture (beginning here).

FIRST TRACT

§1.2b.3 *3rd conclusion. In kingdoms, dukedoms and baronies, primogenitural rights are observed in processional order, receiving honorific genuflection when introduced to someone, and (if son of a king or duke) being seated before others.*

§1.2b.4 *4th conclusion. Sitting at the right hand of the father is a primogenitural right of the first-born son, and constitutes nothing less than the right to co-rule with the father.*

§1.2b.5 *5th conclusion. Since primogenitural right belongs to the king of France's primogenit, prince Charles, Dauphin of Vienne, he should rule and have dominion with his father even while the father enjoys full good health.*

§1.2b.6 *6th conclusion. Since the primogenit holds dominion and administration with the king by virtue of filiation and primogeniture, and co-reigns with him, he should be called the "young king" [rex juvenis], as he is in fact designated by St. Gregory.*

Genes. xxvii. [Genesis, 27, 37] & quòd sedem habebat ad dexteram patris, ut no. per gloss. vii., q.i. Quam periculosum viii. [Decretum II, 7, 1, 8], magister historiarum Genes. xxvi. [Genesis, 27, 37] & gloss. pariter.

§1.2b.3 Tertia conclusio, quòd in regnis, ducatus, & baroniis iura primogeniturae servantur in successione, in honore inferendo primogenitis etiam flexis genibus, quo ad filios regis & ducum in sedendo prae aliis post regem, ducem vel [22v] comitem; & universaliter servantur iura primogeniturae, praeterquam benedictionibus & duplicatis cibis & sacrificiis, & speciali veste, &c, pro quo facit Gen. xliii. [Genesis, 43, 33], ubi dicitur quòd in convivio Joseph sederunt fratres eius, primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta aetatem suam, &c. [23r]

§1.2b.4 Quarta conclusio, quòd sedere à dextris patris^{†gl} iure primogeniturae competit primogenito secundum gloss. in d. c. quam sit. vii., q.i. [Decretum, II, 7, 1, 8]; sedere autem à dextris patris, nihil aliud est, secundum Aug. quàm conregnare patri, sicut illi qui considet regi ad dexteram assidet ei in regnando & iudicando, secundum Augustinum [PENDING] & secundum Thomam in ultima parte, quaestione septima [PENDING], & primogenitus regis, ex hoc dicitur in solio regis consedere, Exod. xi. & xii. [Exodus, 11, 4 & 12, 29].

§1.2b.5 Quinta conclusio, quòd quum primogenitus regis Franciae serenissimi Caroli Dalphinus Viennensis princeps inclytus habeat iura primogeniturae, consequenter competit ei conregnare patri etiam patre regere non impedito, & idcirco habet dominium cum patre & coadmi[23v]nistrationem cum patre, quod probatur ex eo quòd conregnat patri, & simul regnat & adminstrat cum patre.

§1.2b.6 Sexta conclusio ad confirmandum praedicta, quòd quia primogenitus tam ad causam filiationis quàm primogeniturae dominium habet regni & administrationem cum rege, & ei conregnat, & ideo primogenitus rege vivente potest & debet rex juvenis^{†gl} appellari, & ita eum nuncupat beatus Gregor. in lib. moralium [Dialogies, III, 31], & habetur in decretis xxiv. quaest. i. coepit [Decretum, II, 24, 1, .42], in text. apertè, & etiam in gloss. & nedum rex, sed etiam dominus,

FIRST TRACT

§1.2b.7 7th conclusion. *In deference to the father's preeminence in rulership he should be called simply rex, and the primogenitus called (with a bit less gravity) "rex juvenis".*

§1.2b.8 8th conclusion. *If the primogenit can be called king while his father is alive, then rule of the kingdom belongs to him even if the king is capable of ruling.*

§1.2b.9 9th conclusion. *If the primogenit has dominion, administration and co-rulership when his father is alive and not impaired from ruling, it follows necessarily that rule and administration belong to him much more firmly, freely and fully when the king is impaired by absence, madness, or infirmity.*

patre vivo potest nuncupari, sicut & puer Abrahae Isaac genitore vivo, meum appellavit dominum, ut Genes. 24 cap. [Genesis, 24, 6-7] historialiter reservatur. [24r]

§1.2b.7 Septima conclusio, quòd ut notetur aliqua praeeminentia in rege patre, & rex pater debet simpliciter rex appellari, filius autem primogenitus debet cum aliqua levi differentia scilicet hac, iuvenis rex appellari, ut sic dictio iuvenis, notam differentiae assignet, uterque tamen rex appelletur, ut patet per Gregor. ubi supra & in text. & gloss. d. c. coepit [Decretum, II, 24, 1, 42]. Facit ad hoc l. in suis [Dig., 28, 2, 11] ubi tex. dicit quòd pater et filius uterque dominus est, nec distinguitur in se sola, non quòd unus pater, alius filius, uterque tamen dominus familiae, id est, bonorum appellatur, ut habetur in d. l. in suis [Dig., 28, 2, 11].

§1.2b.8 Octava conclusio, quòd ex quo vivente patre rege, primogenitus illius rex potest appellari secundum Gregor., & dominus ut l. in suis [Dig., 28, 2, 11] evidenter exhibetur, quòd regimen sibi competit regni, rege vivo, licet ad regendum idoneo. Probat, quia alias frustra rex appellaretur, quod non est dicendum, quia nomina debent rebus esse consona, ut § est & aliud. de dona. [Instit. II, 7] & si talis est verbo, talis debet esse effectu ut l. decernimus, de episc. & cler. [Cod., 1, 6, 36] & xxxiii., q.vi. si apud [Decretum, II, 23, 5, 23] hic dicitur in l. à nullo, C. de feriis [Cod., 3, 12, 4] quod caret nomine, caret effectu, & consequenter quod habet nomen, habet effectum.

§1.2b.9 Nona conclusio, quòd ex quo ratione domini & primogeniturae administratio regni & corregnare patri, spectat primogenito rege vivo, & regere non impedito (ut praelatum est) ostenditur, & sequitur necessariò quòd multo magis regimen & administratio regni illi solidiùs & pleniùs competat insolidum rege per absentiam dementiam, infirmitatem, aut aliter impedito. Probat conclusio per c. cum plures. de officio delegati [Lib. Sext., I, 14, 8] & l. 1 de officio consulis [Dig., 1, 10, 1] & c. religiosis, de testment. in sexto [Lib. Sext., III, 11, 2] & per allega. supra proximi in xvii. conclusione. Pro probatione horum facit optimè in auth. de iudiciis. §1 [Novella, 82, 1] ubi patet quòd licet iudex assessor habeat solum assessor habeat solum assidendi, praesidendi potestatestatem, ut dicitur de iudicibus maioribus linguae Occitanae, tamen praeside praesidere per absentiam vel aliter impedito, iudex & assessor potest praesidere & praesidendi potestas ad illum transfertur, ut in auth. de iudiciis, §i. [Novella, 82, 1], ita ad propositum, supposito quòd primogenitus solum haberet potestatem assidendi regi, & tamen plus habet (ut dictum est)

FIRST TRACT

§1.2b.10 *10th conclusion. The primogenit has administration and rulership while the king is alive, whether or not the father is able to rule and even if the father is unwilling, because said rulership belongs to him by his own proper right of filiation and primogeniture, not from the king's will.*

§1.2b.10a *From the foregoing it is plainly revealed that when the king is impaired from ruling by madness or any other reason, rule of the kingdom belongs to the first-born son, even if the king is unwilling.*

nihilominus rege impedito regere, potestas tota & libera regiminis ad primogenitum transfertur, ut arg. c. grandi [Lib. Sext., I, 8, 2] ibi, generalem & liberam, & per dictum c. quod valdè facit bene meo iudicio, in ratione sui maximè, & maximè quia primogenitus considet patri, non enim assidet solum, sed considet secundum Augusti., quod confirmatur hîc per cap. xv Regum iv. [4 Kings, 15, 5], ubi dicit quòd Azaria rege Iudae per lepram regere impedito, regimen regni translatum fuit, rege vive ad Iohatam eius filium, ut dicitur infra articulo sequen. Igitur multo magis hoc casu regni regimen pertinet ad dominum Dalphinum, quia maius est impedimentum regis scilicet dementia, quae iudicium & discretionem impedi, quàm lepra, quae sapientiam & discretionem non tollit. Et [24v] sic non tantum impedit facultatem regendi sicut amentia, quae omnino impedit, ideo &c.

§1.2b.10 *Decima conclusio, quòd administratio regni & regimen pertinet vivo patre ad primogenitum tam quando pater regere potest, quàm non (sicut praeclaratum est) etiam patre invito.^{†g1} Probatur conclusio, quia iure suo proprio, id est filiationis & primogeniturae, hoc sibi competit, igitur etiam patre invito hoc sibi competit, ut l. si arrogator, de adopt. [Dig., 1, 7, 22] & l. quae fundum, § simul. ad legem Falcid. [Dig., 35, 2, 87] & l. eius, de reg. iur. [Dig., 50, 17, 3], ubi dicitur quòd ille potest nolle qui potest & velle, & is potest repudiare, qui potest adire, ut l. is potest, de acquir. hered. [Dig., 29, 2, 18] sed ex regis voluntate non dependent iura filiationis primogeniturae, & successionis aut administrationis primogenito competentia, igitur nec ex eius voluntate, ut dictis iuribus.*

§1.2b.10a *Ex antedictis igitur apertè panditur quòd rege regere per amentiam aut aliter impedito regni regimen pertinet ad primogenitum, & etiam rege invito, ut dictum est.*

FIRST TRACT

§1.2b.10b *Lest there be doubt about the meaning of the term primogenitus, it designates him whom no one precedes but someone may follow, and primogenitus may be called unigenitus if he neither preceded nor followed by anyone—although he may have had a brother who died.*

§1.2b.10b Ut autem nemini fiat haesitatio in significatione verbi primogenitus est, quem nemo praecedit licet aliquis sequatur; & etiam primogenitus dicitur unigenitus, quem nemo praecedit nec sequitur, Matth. 1 [Matthew, 1, 25] ut in casu nostro. Nam nemo praecedit, nemo sequitur in filiatione illustrem dominum Dalphinum, cùm unigenitus sistat, haec not. per Ioannem Ianuensem in suo dictionari [PENDING]; & probatur ultimum dictum Lucae 2 cap. [Luke, 2, 7], [25r] ubi dicitur quòd Maria peperit [primogenitum](#),^{†gl} et tamen nullus fuit inde genitus, et c. Joseph, de ver. signif. [Decretales, V, 40, 5], igitur optime iura primogeniturae sunt in eo, & ei competunt. Porrò primogenitus & etiam unigenitus dicitur is, qui actu nullum fratrem habet, quamvis habuit sed desierit. Salomon enim se unigenitum in parabolis appellat, quem fratrem uterinum scriptura praecessisse attestatur ii. Reg. xii. [2 Kings, 12, 24] & habetur in c. de verb. sign. [Decretales, V, 40, 5]. Non enim videtur genitus, qui non durat genitus, igitur, &c, ut ibidem etiam in gloss.